

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Ecclesiae derutae, & episcopi disterpti. Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

## EVSEBII DE VITA

grinus quidam erat, Cuiusmodi non aliquando cognitum fuisse arbitror. Quæ enim fuere ab eo in Amasia ponti patrata, extra omnem crudelitatis modum longe euagata sunt.

*Ecclesiæ derutæ, & episcopi disperpti.*

CAP. II.

**I**N quo loco nonnullæ ecclesiæ quæ fuissent etiam ante euersæ, iam secundo è sublime ad solum usque prostratae. Aliæ autem à prouinciarum præfectis occlusæ, ne quisquam eorum qui eas frequentare consueuerant, eo ad cōuentus agendos accederet, neue cultus Deo debitos impertiret. Nam qui ista mandauerat, non existimauit, preces illic pro se fieri, vt pote quem mala conscientia in eam opinionem induxisset. Sed pro constantini salute, nos omnia pietatis officia exequi, & deum assidue pro eo orationibus placare pro certo persuasum habuit. Illius autem essentatores, & qui ei egregie blandiri in animum induxerant illustrissimos ecclesiariū præfides (inde enim se impio tyranno rem gratissimam fatueros arbitrati sunt) capitis suppicio multarunt. Itaq; qui in fontes erant, perinde atque hi, qui cæde & sanguine manus suas inquinassent, sine causa ad locum supplicij ab ducti sunt, & graui pena affecti. Iam verò, quidam nouum mortis genus subierunt, corpore in multas particulas ense minutatim dissecto. Ac post istud crudele supplicium, & omni scelere in tragediis auditio magis horrendum, in profundos maris gurgites piscibus vorandi projecti sunt. Pii viri post hæc, sicut paulò ante acciderat aufogere, famuli Dei in agros rursus, & solitudines se abdere ceperunt. Vbi ista hoc modo succedunt Tyranno ex sententia, de cetero contra omnes persecutione excitare in animū inducit. In qua re certe fuit set voti compos, & nihil ei fuit set impedimento, quod minus in opere in instituto processisset, nisi Deus, qui suorum servorum propugnator, vti quod futurum erat, præuerte-ret, famulum suum. Constantinum, tanquam lumen illustre in tenebris & nocte obscurissima incensum, in ea loca,

loca, in quibus versabatur Tyranus quasi manu dixisset.

*Quid Constantinus animo conceperit, cum christianis  
persequutio intentaretur.*

CAP. III.

**Q**ui cum ne rumorem quidem de illis rebus quas di-  
ximus dissipatum amplius ferendum cerneret, mo-  
desta animi, ratione, rem secum reputare, & morum  
seueritate cum Clementia naturaliter sibi insita tempe-  
rata, ad afflictorum liberationem maturare cœpit: existi-  
mans pietatis & sanctimoniae munus esse, ut per vnius  
cædem infinita hominum multitudo seruaretur incolu-  
mis. Nam cum animo complexus esset se magna facilita-  
te vsum hominisque commiserationem parum prome-  
rentis misertum, ei vtpote à malorum instituto minime  
recedenti nihil omnino profuisse, imò verò eius rabiem  
contra subiectos magis auxisse, adeo vt illis qui ab eo  
erant afflictati, nulla esset reliqua salutis spes, absque  
cunctatione dextram salutarem iis, qui essent in tam ex-  
tremas calamitates prolati, portigere instituit. Idcirco  
consuetum militaris expeditionis apparatum instituit.  
vniuersa agmina tam peditum, quam equitum, ad illum  
frequentia confluunt: quæ omnia antecedebant insignia  
certæ in deum fiduciaræ, quæ crucis effigiem supra mon-  
stratam, pulchrè representarunt.

*Quod Constantinus adhibitis orationibus componebat se ad  
bellum: Licinius contra incantationibus.*

CAP. IIII.

**P**recibus, si vñquam aliàs, etiam iam sibi opus esse  
prope intelligens, dei sollicitare sacerdotes, vt sem-  
per cum ipso versari, semperque presto esse vellent:  
hosque tanquam quosdam animæ custodes ducere. Nūc  
vero qui tyrānidē propugnabat, cū auditione accepisset.  
Constantinū contra hostes nō aliter, quā per dei virtutē  
præsidiū ipsi afferentē victoriam conari cōparare, & eos,  
quos dixi, semper vñā cum illo versari, ei adesse, & salu-  
taris Christi passionis insigne vniuersum illius exercitū  
perpe-